

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

§. V. Sancti iter Arelatem et Massiliam versus pietatis ergo susceptum:
mirabilis ejus obitus: corporis sepultura, translationes et patrata post
mortem miracula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

AUCTORE
J. G.

¶ V. Sancti iter Arelatensis
et Massiliam versus pie-
tatis ergo susceptum :
mirabilis ejus obitus :
corporis sepultura, trans-
lationes et patrata post
mortem miracula.

*Præcognito
suæ mortis
tempore, Are-
latem Sanctus
proficiscitur*

Igitur post habitas Epacionensem et Lugdunensem synodos, cum S. Apollinaris ab exilio ad episcopalem cathedram honorifice, ut num. 36 inueni, reductus esset, eo animum curamque omnem pro sua vigilantia et sollicitudine intendit, ut, qua saluberrime in ambabus synodis decreta fuerant, accuratissime suo quoque tempore in sua diocesi praestanterent. Ast haec non dum post tam vigili Pastore gavisa est: divinitus quippe de imminentie sibi ad mortuam vitam transitu admonitus, cum pontificis officii cursum, ut biographus noster num. 7 ait, tricesimo et quarto anno venerabilis vita completeret, superna ammitione commotus ad visendos consacerdotes propinquosque suos properare decrevit, dicens, ante transiit suum (quem jam celeriter immisere, divina revelatione cognoverat) velle setam liminibus sancti Genesii martyris, quan conspicutus pontificum atque affatibus propinquorum presentanente contemplatus praebere. Erat Arelate hoc tempore, uti et multo ante, quemadmodum Cupernus noster tom. V Augusti pag. 124 et 125 demonstravit, in primis celebrarium S. Genesii martyris sepulcrum, atque ad illud solemnes institui peregrinationes solebant; degabant quoque in Arelatensi urbe S. Cæsarius, ejus episcopus, et de S. Apollinaris consanguinei viri illustres, Parthenius et Ferreolus. Huc ergo defluit Rhodani cursu navigare Sanctus noster instituit, quo suam ergo celeberrimum martyrem Genesium venerationem pariter exhiberet, et consanguineis suis ultimum vale diceret.

*ad S. Genesii
M. sepulcrum
suosque con-
sanguineos
visendos.*

C contentus, non hic de illius Genesii, qui Romam ex mimo gentili Christianus ac deinde martyr effectus est; sed de alterius Genesii martyris sepulcro sermonem esse, ejus nimurum, qui, Usuardo teste, Areletae exceptoris functus officio, cum impia, quibus Christiani puniri jubebantur, edicta nollet excipere, comprehensus atque decollatus, martyrii palmam proprio cruento baptizatus accepit, de quo consule, si lubet, hic Annotata in cap. 2, lit. b et tom. V Augusti a pag. 423. Hec igitur rerum a Sancto nostro in itinere gestarum summa est. Jam secundo Rhodani defluui in conspectum Avenionensis urbis ventum erat, cum navis, qua S. Apollinaris cum suis vehabatur, oborta subito procella, dæmonique opera, ut scribit biographus, vehementer agitari, unusque e pueris, Althus nomine, ab insiliente intro caco-daxone miserandum in modum vexari cepit. At mox utrique malo obviam ivit sanctus Presul, et, ut ait biographus, dormiens procacitatem repressit undaram, et dæmonium ab arrepto corpore evigilans fugavit, iusso nimurum Salutare presbytero, qui et ipse dæmonis impugnatione

sxe infestabatur, energumeno puer manus imponere, quo præstito, tum energumenus puer, tum ipse Salutaris presbyter perpetuum incolumes redditii sunt. Dumque interim de accepto beneficio omnipotenti Deo grates cuncti exsolvunt, Arelatens appulus Apollinaris, a S. Cesario, Arelatensi presule, atque a Liborio, Parthenio et Ferreolo honorificissime, concurrentibus totius urbis incolis, excipitur, ubi cunctorum precibus exoratus, paulo diutius quam statuerat, commoratus, multisque a consanguineis ditatus muneribus est, quix ad sublevandos iopipes incolas via non statim exhausit munificentissimus Presul.

42 De his prolixius cap. 2 biographus noster, quem proinde una cum Annotatis studiosus lector pro arbitrio consulat. Quia vere angustioribus horum terminis haud ita, ut oportaret, dilucide exponi valent, quæ de uno ex eis memoratis Sancti consanguineis dicenda veniunt, de eo hic nonnulla disserere visum est. Ferreolum, qui cum Parthenio Apollinare nostrum, etiam summis, quibus poterat, honoribus exceptit, non esse illum Galliarum praefectum, qui Papianillam Syagrii, viri clarissimi filiam, uxorum duxit, haud opus est multius probare, quandoquidem ibi sub Honorio imperatore floruit atque adeo uno circiter seculo Antistite non exsistit antiquior. Verum an de hujus Ferreoli filio, cui Tonantio Ferreoli nomen erat, hic a biographo actum non fuit? Ita quidem existimasse videtur eruditissimus Edmundus Martene, dum tom. VI Veterum Scriptorum col. 782 biographi nostri de Ferreolo verba ita excipit: Ferreolum illum eudem esse existimo cum Ferreolo, de quo Sidonius Apollinaris Nemausum prefectus lib. II, Epist. 9 ad Donitudium ait: «Inter agros amanissimos apud » humanissimos dominos Ferreolum et Apollini » narem tempus voluptuosissimum exegi. » Cum enim haec Sidonii verba, nec de Ferreolo, Papianilla supra citato coniuge, nec de hujus ex filio nepote, infra memorando, intellexisse potuerit Martenius, non de alio, quam de Tonantio Ferreolo, praetorio Galliarum praefecto, ad quem plures Sidonius epistolæ dedit, vir eruditus in sua Adnotatione loqui voluisse censendus est. Et est sane, cur credatur Ferreolus, lib. II, Epist. 9 a Sidonio laudatus, idem cum Tonantio Ferreolus, praetorio Galliarum praefecto, omnino esse; quandoquidem illum eadem Epistola 9 Sidonius sibi consanguineum facit, Virumque praetorium vocat, qualis certe fuit Tonantius Ferreolus praetorius, Afrani Syagrii et filii nepos, lib. I, Epist. 7 ab eodem Sidonio hisce iisdem verbis memoratus; de quo plura, si tubet, vide apud Cointium tom. I Annal. Eccles. Franc. ad annum Christi 431, num. 6.

43 Quod autem de hoc Tonantio Ferreolo intelligi nequeant, quæ ex biographi copite 2 num. 9 jam supra recensumus, luet in hunc modum contra Martenium ostendere: Ferreolus hic iam tum præfectus prætorio Galliarum fuit, cum Attila, trajecto Rheno, Aurelianum usque penetravit, prout ex Sidonius Epist. 7, lib. 1 et præsertim annotatione A ad Epist. A2, lib. viii Sirmundos noster monstravit, et Cointius ad citatum annum 451 aliisque docent. Hanc autem Attila expeditionem anno Christi 451 contingisse, inter eruditos convenit. Accedit, quod Sidonius lib. vii, Epist. 19, Thorrismundus Gothorum regem, quem Attius prælio avertire non potuisse, gravi et inusitata Ferreoli eloquentia inflexum prandioque exceptum, ab Are latensi

AUCTORE
J. G.

- A relatensi urbe, quam rex ille obsidebat, remotum fuisse, testetur; qua res ultra annum Christi 454 differri minime potest. Cum igitur, ut ex his patet, Ferreolus sub annum Christi 451 et 454 vii et auctoritate et xatae gravia ac venerabilis esse debuerit, non potuit sub annum Christi 519 Apollinareno nostrum Arelate assiduo, ut biographus loquitur, venerari occursu, nisi 70 circa annos, qui inter Attilac Thorsimundi expeditiones et Sancti nostri Arelatense iter interfluerunt, ei superadas, atque adeo Ferreolum senem centenario maiorem statuas, qua de remirabile prouersus esset tum biographi nostri, tum aliorum, quos norim, scriptor omnium altissimum silentium. Quapropter relicita Martenii opinione, memoratum a biographo nostro Ferreolus eum esse censem, qui praefati Tonantii Ferreoli filius et Ferreoli I ac Papianillae nepos exstitit, cui præter Tonantii nomen, quod ei Sidonius jam sepius laudatus, Epist. 13, lib. ix et alibi tribuit, Ferreoli etiam nomen non secus ac patri et avo paterno fuerit inditum. Opinionem hanc meam firmat idem Sidonius citata Epistola 13, certa ante annum Christi 488, ac forte sub annum 470 conscripta, qua Tonantius hunc adhuc juvenem compellat; ut adeo hic, natus, ut Cointius citato loco existimat, ante annum Christi 453, aut eo certe non serius, facile potuerit Arelate degens, sub annum Christi 519 Apollinarem nostrum debito honore excipere, jam ipse vir xatae provectus nec annorum numero Apollinari nostro impar.
- B 44 Sed dum morarum spatia caritatis causa, ut biographus ait, protrahentem Arelate Praesulem tantisper nos elucidandæ veritatis gratia detinimus, reliquum ejus iter nunc prosequamur. Cum jam suæ erga S. Genesium martyrem pietati surorumque consanguineorum votis fecisset satis, Massiliam, quo ab Arcutamia senatrice, sua itidem consanguinea, invitatus fuerat, Arelatensibus vale dicto, discessit, in eoque itinere a ministro derperita, quæ ex largissimis Sancti eleemosynis adhuc supererat, pecunia sancti Antistitis meritis feliciter recuperata est, ac paulo post energumeni, qui et surdus insuper et mutus erat, mox ut Apollinaris jussu sacro oleo a presbytero inunctus fuisset, redditæ ejusdem orationibus valetudo ac salus. Ita haec tuus biographus, qui mox ad supremum Sancti morbum ejusque pium obitum proslivis, quæ Massiliæ ab eo gesta sint, quæ via Valentiam regressus sit, silentio involvit. Porro ex his, que de S. Apollinare biographus num. 12 in hac verba subdit, Ipse remeandi (Massilia Valentiam) tandem spatiū consecutus, caelos petens, mundum, quem semper contempserat, mox reliquit, sat clare expressum habemus, supremum Sancti morbum, quo eum num. 40 Valentiam reversum, post dies corruptum fuisse, haud satis definito tempore et latiori phrasij indicaverat, ad paucissimos dumtataz dies differri posse, ac vix sanctum Antistitem ex itinere Valentiam appulisse, cum beata xternitatis iter ingressus est, laborum suorum virtutumque apostolicarum premie recipiatur. Facti hujus adjuncta ex eodem biographo lubet hic recensere.
- C 45 Cum post dies a reditu paucissimos inasqualitate, ut biographus ait, seu xeritudine impeditus Antistes, ad matutina Officia ex more Ecclesiæ persolvenda consurgere nequivisset, accidit, ut quidam ex cubiculi custodibus, Paragiarius nomine, dæmone, quo arreptus erat, insti-
- gante, ad locum, ubi decumbebat Praesul, insano ausu accesserit, et alapæ non timuerit vulnus violare Pontificis. At pro nefando opere pœnas illico miser luit, et loco, ad quem temere accesserat, divinitus tamdiu immobilis hæsit, donec reversis ab Ecclesiastico Officio Sancti ministris, facta ei ab hoc precibus exorato abeundi potestas est. Ita fere num. 40 biographus, cui, utpote testi oculato viroque gravi habere fidem merito possumus, quam pariter et ipse meretur, dum prodigium aliud in ipso Sancti obitu contingisse, ita fere num. 41 narrat. Dum Leubaredus, archidiacus sancti Antistitis, de valetudine ejus perquam sollicitus, ad ægrotantis cellam summo mane accessisset, et hanc insolito splendentem lumine conspiceret, rei novitate attonus primum hæsit. Cum tamen, quanto magis prodigiö lumini fulgor crescebat, tanto evidenter miraculum agnosceret, resupnit, tantisper animis, capit attentius omnia oculis lustrare. Et ecce, Praesulem suum jam vita functum conspicit, eoque compositum situ, ut ambabus manibus ad cælum extensis, oculis apertis vultuque ad superna portecto, mentem sequi corpore, suisque oculis ælorum regna intueri videretur. Erantque ante eum et post columnas duas mirabili proceritate conspicua, ardentibz lumine radiantes, cereosque singulos gemino gestantes in vertice. Hæc diffusus ex Leubaredo archidiacono et oculari teste biographus, qui cum annum, quo hæc gesta sint, non expresserit, eum nos utcumque eruere num. 21 conati sumus. Eo proinde curiosus lector, si velit, recurrit.
- D 46 De Sancti corporis sepultura deque factis Sancti sepulchri translationibus nunc acturo, utinam mihi tara, pariter scriptorum xqualium testimonia præluerent, quibus suo quaque loco et tempore quam proxime saltem statui pro certo possent! At, quod alii haec tenus, qui de hoc arguento scriperunt, accidit; ita et mihi aliud non suppetit documentum, quam quod Vincentius Barrali in Chronologia Lerinensi pag. 378 edidit, sibi, ut scribit, a Reverendissimo domino, Petro Andrea de Leberon, episcopo Valentiae, communicatum ex antiquo manuscripto successionum antistitum Valentiensium. Cui quidem instrumento non in omnibus plenam fidem esse habendum, ex eo liquet, quod Sancti obitum tempore Clodovei primi Francorum regis Christianissimi contingisse tradat, cum tamen S. Apollinaris Epanensi synodo tempore Sigismundi, Burgundionibus imperantis, celebrata, anno 517 interfuerit, atque adeo annis certe 7 Clodoveo regi, anno 511, ut inter eruditos jam convenit, defuncto, superstes in vivis fuerit. Sed tamen, cum ea, quæ de Sancti sepultura deque geminis reliquiarum ejus translationibus illicem memorata sunt, falsitatis aliunde non convincantur, illudque documentum forte ex satis antiquo desumptum fuerit manuscripto, inde huc, quæ ad rem nostram faciunt, transcribere non pigebit, quibus, quam quisque vult, fidem habeat. En eius, correctis typographicis mendis, verba: Sepultus... fuit beatus Apollinaris in ecclesia sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in suburbio Valentiae.
- E 47 Exinde vero tempore Damberti, episcopi Valentiniensis (quem sextum ab ipso S. Apollinare episcopum, tacentibus antiquis, facit Barrali) crescente multitudine fidelium maxima cum devotione, quia ecclesia S. Stephani protonotaryris augustior et celebrior erat, reliquæ

AUCTORE
J. G.

quiæ beati Apollinaris ab ecclesia Apostolorum Petri et Pauli ad eandem basilicam beati Stephani summa cum veneratione concursuque populorum translatæ sunt et ibi honorifice reconditæ. Dein, interjecto miraculo, circa annum Christi 4060, ut illic dicitur, patrato, de quo infra agendum, alteram Sancti reliquiarum translationem sic recenset: Anno vero millesimo nonagesimo quarto corpus ejusdem sancti Apollinaris translatum est secundo ab ecclesia sancti Stephani in basilicam majorem suo nomine insignitam, et in majori altari collocatum, ubi cum summo decore permanxit et veneracione. Quod vero in eodem instrumento apud Barrali loco citato adjicitur, in summa veneracione fuisse Sancti lipsana usque ad haec vicina tempora Calviniana heresim, quo* et basilice solo aquata et sacra lipsana Sanctorum voracibus consumpta sunt flammis, hoc certe instrumento isti vel recentiori manu additum fuerit, vel si eadem omnia manu conscripta sint, juniores ejus etatem apertissime haec verba produnt. Atque haec sunt, quæ de Sancti sepulture ejusque translationibus commemorata reperi, quæque etiam laudatus num. 5 Saussayus elogio S. Apollinaris ad calcem superaddidit.

B 48 De patratis per multa sæcula ad Sancti tumulum miraculis, ut ex Agobardi, num. 3 laudati, verbis liquefici, dubium esse nullum potest.

At ea iis nulla singillatim descripta ad nos per venerunt, quod nescio, an veterum incuria, an temporum iniurianti rectius adscriperis. Ex iis vero prodigiis*, quæ post Agobardi tempora contigerunt, unum laudatum Barrali refert, quo auctore aut teste, non edicit, de pueru a nativitate muto, Pastorelo nomine, qui, ut ipse narrat, cum in ecclesia B. Stephani ab hebdomadario vespertina Laudes inchoarentur, ventumque esset usque ad canticum angelorum exclusive (ALLELUIA scilicet)... meritis beati Apollinaris primam vocem emittens, cum toto choro ALLELUIA decantavit. Altera duo laudatus supra Joannes Columbus lib. 1 de Rebus gestis episcoporum Valentiniorum pag. 232 recensuit miracula, in S. Apollinaris ecclesia patrata, quorun uno puella, nomine RICARDIS, multis annis contracta... statim sic erecta et incolumis facta est, quasi numquam renum ac crurum dolorem sensisset. Eodem quoque tempore, inquit ex Breviario Valentino idem scriptor, puella quædam, nomine Ermengardis, ex patre Rabegarto, male a demonio vexabatur. Hanc ecclesiam intrare spiritus malignus nullatenus sinebat etc. Haec, prout Columbus refert, curata est, voto facto; quod cum frater non impleret, rursum a demonie arrepta est, ad lectumque gloriose Pontificis ductam in catenis ferreis, deseruit demon. Ita ille: sed biographum potius nostrum, rerum a Sancto nostro gestarum ocularem, ut diximus, minimeque suspectum testem nunc audire juerit.

C 
 1. In veteri codice Ms., quo usus est Labbeus, item in Ms. Ursicampi, cuius apographum nobis anno 1666 communicavit Fr. Lud. Niequet, bibliothecarius Celestinorum Suessoniensium, et in apographo Cisterciensi tom. VI Ms. num. 40 ita legitur: Si lingue taciturnitate debitis praeconiis negligantur. Hac et sequenti periodo, satis obscuræ et implexæ, significare vult biographus, injuriam Sanctis eorumque virtutibus fieri, si scriptis non transmittantur ad posteros.

c Imparens se hic et infra num. 1 biographus profitetur, qui omnia S. Apollinaris gesta singillatim pro meritis prosequatur. Porro lectorem monitum hic velim, non pauciores in ipsis Actis, quam in Praefatione jam edita, variantes eastare lectiones, quas omnes, tum quod numero complures sint, tum quod non adeo magni momenti, deinceps adscribere, opera præmium non duxi.

CAPUT

VITA

Auctore coævo, forsitan Eladio diacono a,

Ex veteri Ms. S. Claudi, collato cum MSS. Accincti monasterii, Ursicampi et Cisterciensi, item cum editionibus Labbei tom. I Biblioth. MSS. pag. 689 et Edmundi Martene tom. VI Amplissimæ Collectionis p. 779.

PRÆFATIO.

Quantum se omnium vita Sanctorum beatis actibus sacrisque virtutibus non solum praesenti clarificavit in sæculo, sed æternitatis quoque titulus* exultit in futuro; tantum fidelium sensibus reatum abusionis exhibent, si, lingue taciturnitate denegatis* præconiis negligantur b. Et licet sufficiat eis, præsentia gaudia laborum vices compendias*, tamen memoria* fraudantur et * posteris, si succendentibus sæculis vivacia facta silentio denegentur. Et licet orbis totius spatia gestorum admiratione compleverint, et nullus sit Christiani nominis locus, qui aut electorum gloria caret, aut operum felicium laudes ignoret; tamen nos ammonent Apollinaris summi facta pontificis, ne præterea sedulitas votis*, quod nequit* lingua exæquare successibus c.

ANNOTATA.

a Consule num. 11, quo, Eladium diaconum hujus Vitæ auctorem non improbabiliter dici posse, diximus.

b In veteri codice Ms., quo usus est Labbeus, item in Ms. Ursicampi, cuius apographum nobis anno 1666 communicavit Fr. Lud. Niequet, bibliothecarius Celestinorum Suessoniensium, et in apographo Cisterciensi tom. VI Ms. num. 40 ita legitur: Si lingue taciturnitate debitis præconiis negligantur. Hac et sequenti periodo, satis obscuræ et implexæ, significare vult biographus, injuriam Sanctis eorumque virtutibus fieri, si scriptis non transmittantur ad posteros.

c Imparens se hic et infra num. 1 biographus profitetur, qui omnia S. Apollinaris gesta singillatim pro meritis prosequatur. Porro lectorem monitum hic velim, non pauciores in ipsis Actis, quam in Praefatione jam edita, variantes eastare lectiones, quas omnes, tum quod numero complures sint, tum quod non adeo magni momenti, deinceps adscribere, opera præmium non duxi.

S. Apollinaris
gesta cur literaris mandata.
* Marten. secundus
* al. negligantur

b * Lab. comedibus
* Lab. memorie
* Martene, a

* Lab. vocis
* ibid. negquat
valet

c

F